

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

113. Mons: Ex Maffæo l. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

videor, quarum illa in silice requiescit, illa a-
lam refrigerat, siccata alia, est que ex aqua quæ
quid trahat, est quæ cernua terram despiceret,
victum inde quæ situra.

Vide quoque apud Ælianum, libro 13. de ani-
malibus, cap. 18. egregiam descriptionem horti Regis
indorum.

M O N S.

Ex Maffeo, lib. 5.

Descriptio C XIII.

Sed præcipua camino Tarnateni nobilitas;
mons in nubes assurgit excelsus, & arduus,
cuius inferiora dentis nemoribus vestiuntur:
superiora ex incendijs glabra & horrida sunt:
in vetrica crater hiatus vasto in plures circulos
circunductos maiores minoribus, ad speciem
amphitheatri discedit, inde per æquinoctia,
maxime certis flantibus ventis, cum horrifono
frenitu flammæ atro mystæ fumo & fauillis e-
rumpunt, & omnia latè loca cineribus com-
pletant.

FLUVIUS EXVNDANS.

Plinius lib. 8. epist. 17.

Descriptio C XIV.

Nunc istuc quoque immite & turbidum ce-
lum, hic assidue tempestates & crebra di-
luvia: Tyberis alveum excessit, & demissori-
bus ripis altè superfunditur quamquam fossa,
quam prouidentissimus Imperator facit, ex-
haustus, premis valles, innatatur campis: quoque
planum solum pro solo cernitur, inde, quæ lo-
let flumina accipere, & permista deuehere,
velut obnus retro cogit; atq; ita alienis aquis
operit agros, quos ipse non tangit.

Anio delicatissimus amnis, ideoque adia-
centibus villis velut inuitatus, ac reverentus, ma-
gna ex parte nemora, quibus inumbratur, &
fregit, & rapuit. Subruit montes, & deciden-
tum molo pluribus locis clausus, dum amissum
iter querit, impulit testa, ac se super ruinas e-

uxit atq; exultit. Viderunt hi, quos excel-
sioribus terris illa tempestas non deprehendit:
alibi diutum apparatus, & grauem supellecti-
lem, alibi instrumenta ruris, alibi boues, ara-
tra, rectores, hic soluta & libera armenta: at-
que inter hac arborum truncos, aut villarum
stabes, atque culmina variè lateque fluitantia:
ac ne illa quidem loca malo vacauerint, ad
quæ non ascendit amnis, nam pro annae imber
assiduus, & deieci nubibus turbines, prompta
opera, quibus pretiosa rura cinguntur, quasfa-
ta, atq; etiam diseussa monumenta, multi eius-
modi casibus debilitati, obruti, obtuti, & au-
cta luctibus damna.

FLVMEN ALDVABIS.

Ex Cæsare lib. 1. de bello Gallico.

Descriptio C XV.

Flumen Aldnabis, ut circino circumductum,
penè totum oppidum cingit: reliquum spa-
tium, quod non est amplius pedum D.C. qua-
flumen intermitit, mons continet magna al-
titudine, ita ut radices eius montis ex utraque
parte ripæ fluminis contingant. Hunc murus.
circundatus arcem efficit, & cum oppido con-
tingit.

PONS IN RHENO.

Ex eodem lib. 4. de bello
Gallico.

Descriptio C XVI.

Cæsar Rhenum transire decreuerat, sed na-
uibus transire, neque satis tutum esse
arbitrabatur, neque suæ, neque populi
Romani dignitatis esse statuebat. Itaque et-
si summa difficultas faciundi pontis propo-
nebatur, propter latitudinem, rapiditatem,
altitudinemque fluminis; tamen id sibi con-
tendum, aut aliter non transducendum
exercitum existimabat. Rationem igitur pon-
tis hanc instituit, Tigna bina sesquipedalia,

pan-